

capitulis Prouincialibus. Hanc clausulam
 [vt puto me audisse] procurauit apponi Ma-
 gister Frater Idephonsus à Veracrucce, bono
 ductus zelo. Verumtamē extra capitula Pro-
 uincialia, R. P. Prouinciales possunt talem
 in prædictis exercendi licentiam concedere,
 existente ad hoc vrgēte necessitate & euidentē
 utilitate, cap. Non debet. de Consang. & Af-
 finit. de quibus iuxta indultum Adriani. 6.
 habēt iudicare. Quia vt dicit in cap. Quod
 non est licitū de re. iu. Quod non est licitū
 in lege: necessitas facit licitum; dat exēplū
 de Machabeis qui die Sabbati sine culpa pug-
 nauerūt. Clarius exemplum habetur Matth.
 12 de discipulis spicas Sabbato vellentibus,
 & manducantibus propter famē: quos Chri-
 stus defendit à culpa: allegans illud quod
 fecit Dauid in necessitate constitutus come-
 dens panes propositionis, quos solis licebat
 edere Sacerdotibus. Videant igitur. R. P.
 Prouinciales, si quandoq; necessitas, & eni-
 dens utilitas [que duo ad paria iudicantur]
 vt patet in dist. cap. Non debet] requirit q̄
 extra capitula hæc suis committant subditis
 vt putà, quia alicubi is, qui curam gerebat
 Indorum est mortuus, vel alicubi necessari-